

BOTANICA

CERTAMEN MELASTOMATACEIS. III (*)

BY

JOHN J. WURDACK

Assistant Curator, New York Botanical Garden.

***Miconia antioquiensis* Wurdack, sp. nov.**

Sect. *Amblyarrhena*. *M. cataractae* Tr. et *M. quintuplinerviae* Cogn. affinis sed cum foliis 7-nerviis.

Ramuli obtuse quadrangulares cum petiolis laminaque subtus densissime stellato-puberuli (pilis sessilibus vel breviter stipitatis, cum setis brevibus ca. 0.5 mm. longis simplicibus sparse intermixtis). Petioli 1.5-2.5 cm.; lamina tenui-coriacea 6-9 x 3-4 cm. ovata apice sensim acuminata basi obtusa, superficie leviter pustulata, margine obsolete crenulata et breviter ciliata (pilis simplicibus 0.4-0.8 mm. longis), (5-) 7-nervia venis venulisque supra impressis subtus bene reticulato-elevatis, supra primum modice stellato-puberula (demum glabrata?) pilis plerumque brevi-stipitatis, subtus dense stellato-puberula (pilis sessilibus vel brevi-stipitatis cum pilis simplicibus sparsissime intermixtis). Panicula ca. 8 x 6 cm. satis ramulosa ramulis hypanthioque dense stellato-puberulis (pilis plerumque sessilibus) et densiuscule setulosis (pilis simplicibus erectis ad 0.8 mm. longis); flores conferti sessiles 5-meri. Hypanthium (ad torum) 2.6 x 2.8 mm.; calycis tubus 0.5 mm. longus, lobis interioribus hebeti-acutis vix conspicuis 0.3 mm. altis, lobis exterioribus 0.5 mm. altis non eminentibus. Petala 1.8-2 x 1.9-2.1 mm. obovata apice rotundata glabra. Stamina

(*) Cf. *Certamen Melastomataceis* I, *Phytologia* 5: 53-60, 1954; II, *ibid.* 5: 127-131. 1955.

haud dimorpha, glabra, filamentis 2 mm. longis; antherae oblongae crassae 1.6 x 0.5 mm. minute uniporosae, connectivo sub filamentum insertionem dorso in calcar 0.5-0.6 mm. longum producto, calcarum in staminum serie antepala apice truncato 0.4 mm. lato, in serie alternisepala hebeti-acuto 0.2 mm. lato. Stylus glaber 5 x 0.35 mm.; stigma capitellatum 0.5 mm. latum; ovarium 3-loculare, apice in collum 0.4 mm. altum profunde laciniatum productum laciniis glanduliferis alioqui glabrum.

TYPUS: Colombia Depto. Antioquia; Páramo de Sonsón, 3000 m. alt., 5 Enero 1956. "Arbusto de unos 2 m. de altura. Flores blancas." Lorenzo Uribe Uribe 2697. Holotypus NY. Isotypus COL.

M. antioquiensis would key in Cogniaux' Monograph to species 362-404, but in type of pubescence and floral details seems closest to *M. cataractae* and *M. quintuplinervia*. The leaf venation of *M. antioquiensis* is reminiscent of that of *M. penicillata* Gl.; however, the upper leaf surface pubescence differs greatly.

Miconia cundinamarcensis Wurdack, sp. nov.

Sect. Cremanium. *M. ligustrinae* (Sm.) Tr. affinis sed cum foliis maioribus apice rotundatis et venulis subtus bene reticulatis, nodis incrassatis.

Utrunque glabra inflorescentiae ramulis exceptis. Rami sparse verruculosi tereti ad nodos vix incrassati ad insertionem petioli calliosi et cum linea stipulacea elevata armati. Petioli 0.7-1 cm.; lamina rigide coriacea 4-7 x 2.5-4.5 cm. ovalia apice late obtusa bis rotundata basi obtusa margine integra recurva, brevissime 3-plinervia (nervulis marginalibus neglectis) nervis primariis 2-3 mm. supra basin insertis, nervis nervulisque supra obscure impressis, nervis primariis subtus prominentibus, nervulis subtus elevatis bene reticulatis. Panicula 4-8 x 3-5 cm. ramulis primum sparse amorpho-furfuraceis demum glaoratis; flores sessiles 5-meri basi bibracteolati bracteolis caducis linearibus 1-1.5 x 0.2 mm. Hypanthium 2.5 x 2.6 mm.; calycis tubus 0.2-0.3 mm. longus, lobis interioribus acutis 0.4 mm. altis, sinus late concavis, dentibus exterioribus 0.3 mm. altis non eminentibus. Petala 2.1-2.3 x 2.1-2.3 mm. apice irregulariter 1-4-denticulata extus vix granulosa. Stamina vix dimorpha; filamenta 1.8-2 mm. longa complanata; antherae late (0.5 mm.) biporosae. Stamina maiora; thecae 1.6-1.8 x 0.9 mm. basi attenuata (sterili?), connectivi appendice dorsali 0.8 mm. sub filamentum insertionem producta apicem versus expansa apice truncata 0.7-0.9 mm. lata. Stamina minora ut

in staminibus maioribus sed cum connectivi appendice dorsali apice rotundata 0.6 mm. lata. Stylus 3.1 x 0.5-0.65 mm. apicem versus sensim expansus; stigma truncato rotundatum non vere capitellatum; ovarium 3 (?)-loculare glabrum apice in collum conicum 0.3 mm. altum productum.

TYPUS: Colombia. Depto. Cundinamarca, carretera de Bogotá a Choachí, Alto de Peña Azul, 3200 m. alt., 6 Dic. 1955. "Arbol de 5-6 m. de altura, Flores blancas." Lorenzo Uribe Uribe and R. Jaramillo-Mejía 2677. **Holotypus** NY, **Isotypus** COL.

M. ligustrina is quite a variable species in leaf-size, but the largest leaves on any of the numerous collections of this species in the herbarium at New York are 4 x 2.5 cm., with inconspicuous tertiary venule reticulation. The stem nodes of *M. ligustrina* are not enlarged and there are no prominent nodal lines. The flowers of the two species are similar, although those of *M. ligustrina* are mostly shortly pedicellate. Other relatives of *M. cundinamarcensis* are *M. polyneura* Tr. and *M. tinifolia* Naud.; both of these relatives have very different foliage and minor floral differences.

